

- rum. 6. equalis inter umbilicū & pudenda, & inter imum pectoris & iugulum distantia.
16. Signa hominis intemperantis alia sunt signa luxuriosi, alia libidinosi seu veneri.
17. Signa hominis luxuriosi sunt 1. facies coloris crocei. 2. oculi magni, humidi, turgidi, subrubri, obscuri, vibrantes. 3. os cauum & valde dissectum. 4. dentes acuti, longi, exerti & firmi. 5. loquela grauis & debilis. 6. respiratio velox & spissa. 7. collum pingue & nodus gutturis prominens. 8. venter magnus, mollis & propendens. 9. lumbi acuti. 10. mamilla dependentes à pectore amplo & macilentio. 11. manus graciles. 12. spatium ab umbilico ad imum pectoris maius, quam ab imo pectoris ad iugulum.
18. Signa hominis libidinosi & veneri sunt 1. caput pilosum & hirsutum. 2. capilli recti, crassi, asperi & nigri. 3. oculi concaui, lucidi, & lasciui. 4. motus palpebrarum frequens. 5. defluxus pilorum è capite & palpebris. 6. aures valde paruae. 7. genarum cōtractio in vultu hilari. 8. nasus incauus, ante frontem rotundus & supereminens. 9. mentum pilosum & mediocriter scissum. 10. collū ad sinistra inclinatū. 11. pectus amplū, pilosum & macilentū. 12. mamilla dependentes. 13. crura subtilia, neruosa & hirsuta. 14. venter pinguis & pilosus.
- P 4
15. bra-

Signa hominis luxuriosi

Signa hominis libidinosi & veneri.